

proximive hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipi non vetamus: peti vero aut aliqui exigi, omnino prohibemus. *Ibid.*

38. Quod valde irreligiosum est, ne aut venalis fortasse, quodammodo dicatur Ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studeatis querere quolibet modo compendium. *Ibid.*

HAYMO. 39. Mortui sepultura debetur. *Serm. 2, Dom. 2, post Pent.*

S. HIERON. 40. Legimus quamsepe ad funera et ad sepulturas quorumlibet Sanctorum, angelos advenisse. et exequis eorum obsequia præstisse: nec non et animas electorum usque ad caelos cum hymnis et laudibus detulisse. *Epist. 10, ad Paulam et Eustoch. de Assumpt. B. M.*

41. Ex simplici sepultura Domini, ambitio divitiarum condemnatur, qui nec in tumulis quidem possunt carere divitiis. *Lib. 4, super Matth., cap. 27, can. 1, num. 349, super illud: Accepto corpore Joseph, etc.*

HUGO CARL. 42. Obsequium funeris in quatuor consistit: in lacrymis, in vigiliis, in orationibus, in oblationibus. *Super Genes., cap. 23.*

43. Honestas sepulture, cum sine superfluitate et superstitione est, opus est misericordie. *Super Ecclesiastic., cap. 38.*

S. INNOC. III. 44. Casualiter mortuus privari non debet Ecclesiastica sepultura. *Lib. 3, Decret., const. 75.*

S. IOANNES CHRYSOST. 45. Sepulturam non prohibeo, sed modus servetur, ut tegatur corpus, non nudum mandetur terre. *Homil. 84, super Joan.*

46. Ubique sepeliatur, Domini est terra et plenitudo eius. *Homil. 26, super Epist. ad Hebr.*

S. IOANNES DAM. 47. Omne sepulcrum fetore refertum est, meritorisque causa, et delectationis hostis. *Orat. 2, de Assumpt. beate Marie Virginis.*

LACT. FIRM. 48. Ultimum et maximum pietatis officium, est peregrinorum et pauperum sepultura. *Lib. 6, de Divin. inst., cap. 12.*

49. Non patiamur figuram et signum Dei feris ac volatilibus in prædam jacere, sed reddamus id terra, unde ortum est. *Prosec.*

50. Et quamvis in homine ignoto necessarium sepulturam implemus, nulli prorsus minus negandum.

51. Et quod præstamus nostris per affectum, præstemus alienis per humanitatem, que est multo certior iustiorque; cum jam non homini præstatur, qui nihil sentit; sed Deo, cui charissimum sacrificium est opus hoc iustum. *Ibid.*

ORIGENES. 52. Homini mortuo sepultura religiose defendenda est. *Homil. 3, in cap. 3, Levitic.*

S. PETRUS 53. Miser dives accepit ante animam, quam cor-

poris sepulturam: nec ante quieti corporis, quam penali traditus est sepulcro. *Serm. 124.*

54. Qui hodie induitur purpura, cras includitur sepultura: hodie qui hominibus dominatur, cras a vermibus factus putredo corroditur. *Prosec.*

55. Hodie qui regalibus infulis redimitur, cras villibus panniculis exanime cadaver obvolvitur.

56. Hodie splendet coronatus in regalis excellentia solio, cras foetæ marcidus in sepulcro. *Lib. 7, epist. 7, ad Agnelem Imperatricem.*

57. Hinc est quod sepultura vocatur ex more memoria, sc. ut per eam memorantur vivi, et percipiatur refrigerium mortui. *Serm. 2, de Translatione S. Hilarii.*

58. Sepulcrum domus est vermium. *Serm. 2.*  
59. Vivi habent suas patrias, mortuorum omnis terra sepulcrum est. *Lib. de Joseph.*

60. Pars est benedictionis sepeliri; et e contra, maledictionis, sepultura carere more asini. *Lib. 14, super Joan., cap. 16, in illud: Quia Parasceve erat.*

61. Sepultura inventa est, ne horror et fœtor, sit vivis, et ad fidem resurrectionis futura. *Super 4, sent. dist. 15, quest. 2, art. 3.*

## SENTENTIE PAGANORUM.

62. Iustitia est vita jam factis debitum præstare. *Lib. 1 de Virtutibus, cap. 4.*

63. Mortuus parentibus ex pulcherrima est sepultura forma, quæ moderatissima est. *Syzygia 4, lib. 4 de Legibus.*

64. Sepulcra sint in locis nullo modo excultis, neque ad culturam aptis, eaque nec magna, nec magno opere exquisita, sed ut defunctorum corpora recipiant. *Ibid., lib. 12.*

65. Impensa monumenti supervacua est, memoria nostri durabit, si vita meruimus. *Lib. 9, epist. 19 ad Reasonem.*

66. Omnibus natura sepulturam dedit, naufragos idem fructus, qui expulsi, sepeli: suffocorum corpora crucibus in sepulturam suam doctum: eos qui vivi uruntur, pœna funerat; sed homicida sui, insepultus abijcitur. *Lib. 8 Declamator., controvers. 4.*

67. Ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit: quem sævitia projecit, dies condet. *Epist. 92.*

68. Non defunctorum causa, sed vivorum inventa est sepultura: ut corpora et visu, et odore fœda amoverentur. *De remediis forvitiorum.*

69. Hostis judicatus, ultimo supplicio affectus, sepulture honore spoliatur. *Lib. 4, Dictor. memorabil., cap. 7.*

Vide etiam tit. *Infernus*, sent. 98; *Parentes*, sent. 55; *Suffragia defunctorum*, sent. 14, 15, 18, 23.

S. BONAV. *Difinitio.* Sequi Christum est se perfecte illi configurare. *In cap. 18, Luc., super illud: Veni, sequere me.*

Quid est crucem accipere, et Dominum sequi, nisi patientiam servare, dum contingit affligi? *Serm. 3, de sancto Andrea.*

## SENTENTIE PATRUM.

S. AMEROS. 1. Tunc citius nostra exauditur oratio, cum Christum, quem mens alloquitur, etiam corpus sequatur. *Serm. 56 de Cruce Christi.*

2. Is qui Deum sequitur, tutus semper est. *Lib. 4 de Abraham, cap. 2.*

3. Discite viri, discite Christiane, quomodo verum Jesum sequi debeas. *Super Psalm. xxxvii.*

4. Si vis nil Regi debere terreno, relinque omnia, et sequere Christum. *Lib. 9 super Luc., cap. xx, in illud: Cuius habet imaginem, etc.*

5. Societas Christi, esca est Christiani. *Serm. 61 de Pentecoste.*

6. Sequamur Jesum semper, nec desinamus: quod si semper sequamur, nunquam deficiemus, dat enim vires sequentibus se. *Lib. 7, epist. 54 ad Stritium.*

7. Christum fortiter imitari, dignum est et salubre et honorificum. *In Speculo Evangelii, serm. cap. 4.*

8. Quid est a mundo exire, et ad Christum ire, nisi vitia refrænare, et animam vinculo amoris Deo religare? *Serm. Dom. 5, post Pascha, super illud: Quia a Deo exiit.*

9. Surge et sequere me, ut non ulterius calcet terram, sed ascendas in caelum. *De Passione Salvatoris.*

10. Qui didicerunt a Domino Jesu Christo miles esse et humiles corde, plus cogitando et orando proficiunt, quam legendo et audiendo. *Epist. 112, ad Paulinum.*

11. Quisvis vestigia Christi sequitur, quasi pedes ejus pretiosissimo odore perfundit. *Lib. 3 de Doctrina christi.*

12. Crux carnis ipsa crucifigenda est, et transfigenda clavibus timoris Dei, ne solutus et liberis membris reluctanter portare non possit: sequi enim Dominum, nisi eum portare, omnino non valet: nam quomodo cum sequeris, si non es ejus? *Epist. 38, ad Latum.*

13. Incipit proficere homo, incipit velle ascendere, velle contemnere terrena, fragilia, temporalia, felicitatem sæculi pro nihilo habere, Deum solum cogitare, lucris non gaudere, a damnis non contabescere, omnia etiam sua velle vendere, et pauperibus tribuere, et sequi Christum. *Super Psalm. cxix.*

S. PETRUS DAMIAN.

S. AMEROS.

PELLO JUD.

S. THOMAS AQUINAS.

S. ANSELM.

APISTOTE.

S. ANTONIUS DE PADUA.

S. AUGUST.

PLINIVS IUD.

SENECA.

S. VALERIUS MAXIMUS.

44. Cum sequeris viam Christum, non tibi sæculi prosperitates promittas: per dura ambulavit, sed magna promittit. *Prosec.*

45. Sequere, non tantum attendere qua iturus es, sed et quo venturus sis: tolerabis dura temporalia, sed ad lætissimi pervenies sempiternam. *Super Psalm. xxxvi, can. 2, vers. 23.*

46. Ut quid claudicatis ambobus inguinibus? Si Deus eligitur, servatur illi: si mundus eligitur, ut quid factum cor quasi Deo accommodatur. *Lib. 4 de Symbolo fidei, cap. 4.*

47. Non dedignetur quod fecit Christus, facere Christianus. *Tract. 53, super Evangel. Joan., de cap. xiii.*

48. Via tibi factus est ipse Salvator, surge ambula, pigrescere noli. Habes quo, sed forte queris quo? vides viam, et queris quo ducet hæc ipsa via? ad vitam ducit: si amas vitam, et cupis ad vitam venire, a via noli errare. *De quatuor virt. charit.*

49. Via nostra Christus est, Christum attende. Pati venit, sed et glorificari: contemni, sed etiam exaltari: mori, sed etiam resurgere. Opus te terret? mercedem vide. *Serm. 6 de Verbis Dom.*

20. Nihil dignius est quam ut homo sui auctoris sit imitator, et secundum modum propriæ facultatis divini sit operis executor. *Serm. 2, Sabot, post Dom. Quinquages.*

21. O quam plures sunt qui prius dæmonem sequuntur quam Deum! *Serm. 33, ad Frat. in eremo.*

22. Deum si sequimur, bene: si assequimur, non tantum bene; sed etiam beate vivimus. *De morib. Eccles., cap. 6.*

23. Multi consentiunt diabolo, et pauci Deum sequuntur. *De Catholica. rud., cap. 19.*

24. Non vehementius diabolum proserminis, quam cum humilitate Deum sequimur. *Ex homil. quinquaginta, homil. 50, cap. 8.*

25. Qui vult sequi Christum amando negat seipsum: si enim, perit homo amando se, profecto invenitur negando se. *Serm. 87 de Diversis, cap. 1.*

26. Fias imitator Christi: non Antichristi: Dei, non adversarii Dei. Imitatio Christi est humilitas, imitatio diaboli est elatio. *Serm. 3, Exercitamentorum.*

27. Multa tibi toleranda, ut ad Christi imitationem pervenias; alapa seu pugillo casus est expulsi aliquis in faciem? eadem et Dominus est passus: columbarum pateris? et Dominus: nondum condemnatus es, nondum cruci affixus. *Homil. 10 de Ira.*

28. Discere semper habet, qui Christum vult imitari. In suis Proverbiis, verbo Discere.

29. Christum sequi, imitari est: quem non

tantum gressu, quam affectu oportet consecrari. Lib. 2, super *Luc.*, cap. v, in illud: *Secutus est eum.*

30. Magna cupiditate sequendi Dominum ductus est, qui in nullo prorsus hujus vite respectu vel cogitationem sibi reservat. *Ibid.*

S. BERNARD.

31. Si homini, o homo, imitari dedignaris exemplum, certe non erit tibi indignum sequi auctorem tuum. *Prosec.*

32. Si non potes forsitan sequi eum quocumque ierit, dignare vel sequi quo tibi condescendit: hoc est, si non potes sublimem incedere semitam virginittatis, sequere vel Deum per tutissimam viam humilitatis.

33. A cujus reclitudine, si qui etiam de virginibus devierint, ut verum fatear, nec ipse sequentur agnum quocumque ierit.

34. Sequitur quidem agnum coinquinatibus humilis, sequitur et virgo superbus, sed neuter quocumque ierit. Homil. 1, super *Missus.*

35. Tu qui Christum sequeris, inventum absconde thesaurum: ama nasci, laudet te os alienum, sileat tunc. Serm. 3 de *Nat. Domini.*

36. Quidam sunt, qui non sequuntur Christum, sed fugiunt: alii non sequuntur, sed praecedunt: nonnulli sequuntur, sed non assequuntur: alii sequuntur, et consequuntur. *Prosec.*

37. Non sequuntur sed fugiunt, qui necdum peccare desistunt.

38. Non sequuntur, sed praecedunt, qui magistrorum sententias, suas preferunt.

39. Sequuntur, sed non assequuntur, qui segnit ac remissa agunt, vel usque ad finem non perseverantes, de medio itinere revertuntur.

40. Sequuntur, et consequuntur, qui viam humilitatis Christi devoto mentis affectu perseveranter imitantur.

41. Fructus imitationis Christi, mansio est eterne beatitudinis. Serm. 22 de *Parvulis serm.* per totum.

42. Imitator Christi tria debet agere: simplicis innocentie sensum tenere, ut cum Christo puer efficiatur: subjectum et humilem habitum amare, ut infantiae Christi pannis vilibus involvatur: in disciplina simpliciter ambulare, ut cum Christo in praesepio positus inveniat. In suis *Sentent.*, cap. *Invitator.*

43. Quis non potest Christum libenter atque alacriter currat, qui ab errore liberat, et errata dissimulat: qui deinde merita vivendo tradit, praemia moriendo conquirat. Serm. 21, super *Cant.*

44. Quid prodest Christum sequi, si non contingat consequi? *Prosec.*

45. Ibi tu Christiane fige tui cursus profectusque metam, ubi Christus posuit suam, factus est obedientis usque ad mortem. Epist. 253, ad *Guallelm. abbat.*

46. Sane felices liquet esse, qui exonerati sunt, et sequuntur Dominum expediti. In *declamati.*

47. Vae portantibus crucem Christi, et non sequentibus Christum. In *Apolog. ad Guallelm. abbat.*

48. Nudus Christum nudum quisque sequatur. Lib. de *Passione Dom.*, cap. 23.

49. Qui crucem post Christum portat, debet mundo mori: nam crucem ferre, semetipsum est mortificare: crucem ferre et non mori, simulatio hypocritarum est. Serm. 1 ad *Sororem.*

50. Bajulum crucis non gravat, sed levat: non deprimit, sed extollit: non quassat, sed erigit. Serm. 2, in *Cena Domini.*

51. Impedimenta ne perfecte Christum homo sequatur, sunt septem: criminale flagitium, corporale solatium, temporale negotium, particulare litigium, populare consortium, paternale hospitium, patiale desiderium. Super *Luc.*, cap. 5, in illud: *Secuti sunt eum.*

52. Magna honorificentia est sequentis Dominum in presenti, et magna mirificentia praemii in futuro. Collat. 41, in cap. viii, *Joan.*

53. Vere dicantur crucem ferre et Dominum sequi, qui noverunt a deliciis abstinere, et carnem ne valeat lascivire, sobrietate coercere. Serm. 3, de *S. Andrea.*

54. Multi vellent sequi Christum in prosperis et non in adversis: vellent cum Christo regnare, et non cum ipso certare in stadio. Tit. 2 *Dicte*, cap. 1.

55. Verus Dei cultor, Christiane discipulus, ad hoc potissimum attentio mentis conatu intendere debet, ut Christi Jesu crucem circumferat iugiter, tam mente, quam carne. De *ligno vitae.*

56. Non potest expedite sequi Christum, qui oneratus est temporalibus rebus. Lib. *Medit. vita Christi*, cap. 21.

57. Multi sunt qui Deum nolunt imitari in prosperis, unde necesse est detereri in adversis. In *Soliloq.*, cap. 4.

58. Haec est summa et perfectissima Christi imitatio, haec est summa et perfecta religio et religiosa perfectio, scilicet Christum sequi in passione et morte. Part. 1, in *Stimulus amoris*, cap. 4.

59. Quid bestius quam illum sequi, qui hominum genus inflicta morte fecit evadere? *Psal.* xxxii.

60. Non poterit quis Deum imitari, nisi eo quod sancte colat: neque colere, nisi eum imitetur. In *Orat. adhort. ad gentes.*

S. CYPRIAN.

61. Si Christum continentia sequitur, quid est illi cum terreno cultu, et cum ornamentis? quibus enim hominibus placere gestit, Deum offendit. De *discip.* et *habitu virgin.*, cap. 3.

DIONYSIUS

CARTHUS.

62. Qui Christi confessor dicitur, Christum quem confitetur imiletur. De *vit. eccles.*

63. In imitatione conversationis Passionisque Christi, tota nostra consistit perfectio. Super *Epist. I Petri*, cap. iv, art. 8.

64. Nudos querit nudus Jesus. In *Exhort. ad Novit.*, art. ult.

S. EUSEBIUS

CAESARIENS.

65. Impossibile est divitiis affluere, et Christum sequi. Epist. ad *Damos. Pagan.*, de *Morte D. Hieron.*

S. BONAV.

66. Sequentes Dominum tanto verius crucem tollunt, quanto acrius se edomant, et erga proximos charitatis compassione cruciantur. Super *lib. Judic.*, cap. 7.

GLOSS. OED.

67. Mali Christum sequuntur, ut morientem leti aspiciant: mulieres sequuntur, ut quem vivere desiderabant, moriturum, morientem, et mortuum plorarent. Super *illud Luc. xxii: Sequatur illum multa turba.*

S. GREGORIUS

MAGNUS.

68. Sequentes Dominum tanto verius crucem tollunt, quanto acrius et se edomant, et erga proximos suos charitatis compassione cruciantur. Lib. 30 *Moral.*, cap. 17, num. 33.

69. Redemptor noster per mortale corpus, omne quod egit, hoc nobis in exemplum actionis praebuit, ut pro nostram virium modulo ejus vestigia sequentes, inoffenso pede operis praesentis vitae carpsamus viam. Lib. 1 *Dialogi*, cap. 9, verbo *Redemptor.*

BAYMO.

70. Tanto liberius Christum sequi potes, quanto minus divitiarum fumlbus fueris illigatus. Serm. de *S. Andrea.*

71. Maximum est sequi Christum, ut cum despectu quippiam possidendi, etiam omnia agere secundum voluntatem Dei studeamus. Lib. 7, super *Levit.*, cap. 23.

S. HIERON.

72. Nudum Christum nudus sequere: durum, grande, difficile: sed magna sunt praemia. Epist. 4, ad *Rustic.*

73. Veni, sequere me: verba vertis in opera, si nudam crucem nudus sequens, expeditior et levior scandis scalam Jacob. Epist. 13, ad *Paulinam.*

CASSIODOR.

74. Nos suffarinati auro, Christum pauperem sequimur. *Ibid.*

75. Tutissimum est ejus vestigia sequi, qui dixit: Ego sum via, veritas et vita. Epist. 14, ad *Celantianum.*

CLEMENS

ALEX.

76. Quid eo sapientius, qui contempta mundi stultitia, Christum secutus est, Dei virtutem, et Dei sapientiam? Epist. 26, ad *Parnach.*

77. Tibi non sufficit opes contemnere, nisi Christum sequaris: Christum autem sequitur, qui peccata dimittit, et virtutum comes est. *Ibid.*

78. Qui in Christum credimus, Christi sectamur exempla. Lib. 1, *advers. Jovian.*

79. Crux Christi facilis est: nudum post Christum ire, Indus est, jocus est. Lib. 2, *dialog. advers. Pelag.*

80. Vis esse perfectio, et in primo stare fastigio dignitatis? fac quod fecerunt Apostoli, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et sequere Salvatorem, et nudam solamque crucem, nuda sequaris, et sola. Epist. 28, ad *Helibiam.*, quest. 1.

81. Si vis partem habere cum Christo, Christi tibi exemplo vivendum est. Epist. 14, ad *Mauritii filiam.*

82. Mens Christum sequens, non diu saeculi sustinet omnes, nec se patitur istiusmodi vinculis alligari. Epist. 19, ad *Presidium, de Cereis paschali.*

83. Si Christi coepseris sequi, et in ejus servitio perseveraveris militare, finis militie tunc erit regnum non terrae et temporis, sed aeternitatis et caeli. Epist. 24, ad *quendam militem.*

84. Nihil est dignius, quam ut homo sit auctoritatis sui imitator, et secundum modum propriae voluntatis divini sit operis executor. In *Regula monachor.*, cap. 48, de *Laude Religio.*

85. Ne semel putemus ardorem fidei posse sufficere, semper crux portanda est, ut semper nos Christum sequendo amare doceamus. Lib. 1, super *Math.*, cap. 10, can. 5, num. 96, super illud: *Qui non accipit crucem suam, etc.*

86. Cui mundus crucifixus est, sequitur Dominum crucifixum. Lib. 3, super *Math.*, cap. xvi, can. 2, num. 170, super illud: *Ei tollat crucem suam, etc.*

87. Multi divitias relinquentes, Dominum non sequuntur: sequitur autem Dominum, qui imitator ejus est, et per vestigia illius graditur. Lib. 3, super *Math.*, cap. 19, can. 2, num. 194, super illud: *Si vis perfectus esse, etc.*

88. Sequendus Jesus est, non tam pedibus, quam virtutibus. *Ibid.*, cap. 20.

89. Docemur Christum secuti, et secularis vitae sollicitudine, et paterna domus consuetudine non contineri. Super *Math.*, can. 3.

90. Iste sequitur factorem suum, qui tendit ad quod dirigitur, qui festinat pervenire quo invitatur, qui legibus bene presidentibus obtemperat, qui jubentis imperio spontanea se ad omnia voluntate inclinat. Homil. 10, super *Ecclesiasten*, in illud: *Ut sequi possit factorem suum, etc.*

91. Christi imitatores quanto descendunt ad villas et aspera, tanto ascendunt ad gloriam et delicias Paradisi. Super *Gen.*, cap. xxviii.

S. HILAN.

HUGO A S.

VITTORE.

HUGO CARD.

92. Tria requiruntur ad hoc, quod aliquis sit discipulus Christi: scilicet ut relinquat sua, suos, et seipsum, sic se tribulationi exponat. Super *Psalm. XCIII.*

93. Quidam sequerantur Christum, ad vite reformationem, ut discipuli; ad morborum curationem, ut infirmi; ad observationem fidei, ut Pharisei; ad corporalem refectionem, ut egeni; ad novorum miraculorum considerationem, ut curiosi. Super *Marc., cap. x.*

94. Abneget se homo in prosperitate, tollat crucem in adversitate patienter sustinendo, et sequatur Dominum in vera dilectione. Super *Luc., cap. 9.*

95. Qui inceperunt Dominum sequi, non debent retro respicere, vel quasi canis ad vomitum redire, ne cum uxore Loth mutantur in statum salis. *Ibid., cap. 9.*

96. Maxima gloria est, sequi Dominum. Super *Joan., cap. 6.*

97. Plurimi sunt, qui Deum sequuntur, et non asssequuntur, quia fugit ab eis. Super *1 Tim. iv.*

IDIOTA.

98. Magna gloria est, sequi Dominum. Lib. 2, *Contemptat. de vera patientia*, cap. 3.

JOAN. CASS.

99. Multis viis ad Deum tenditur; et ideo unusquisque illam quam semel arripuerit, irrevocabili cursu sui intentione conficiat, ut sit in qualibet professione perfectus. Collat. *14, Abbat. Nestorotis*, cap. 6.

S. JOANES CHRYSOST.

100. Qui relicto diabolo venit ad Christum, difficile revertitur ad diabolum. Homil. 2, super *Matt., oper. imperf.*

101. Qui a diabolo venit ad Deum, nunquam debet amplius per illam viam ambulare, per quam venit ad diabolum. *Prosec.*

102. Venisti per viam fornicationis? ambula per viam castitatis: venisti per viam avaritiae? ambula per viam eleemosynae. Si autem per ipsam viam redieris, iterum sub regno vadis diaboli, et sis proditor Christi. *Ibid.*

103. Nihil est dignius, quam ut homo sit auctoris sui imitator, et secundum modum propriae facultatis divini operis sit executor. *Ibid., homil. 38.*

104. Valde mirum et prodigiosum est, eos qui videntur crucem suam sustulisse et sequi Christum, per latam et spatiosam valle incedere viam. Lib. 1, *de Compunct. cordis.*

JOAN. TRITH.

105. Ille veraciter Dominum sequitur, qui ejus servat humilitatem. Super *Prolog. Regule S. Benedict., cap. 1.*

106. Si volumus sequi Christum in caelum ascendentem, oportet ut eum hic in terris imitemur humiliter. In cap. 7, *Regul. S. Benedict., grad. 2, verbo Gradus.*

107. Christum imitari quisquis recusat, non Christianus est: quoniam quisquis Dominum et Salvatorem nostrum non sequitur, nihil ei prodest ad salutem quod Christianus nuncupatur. Lib. 1, homil. 1, *ad Monachos.*

108. Nemo Christum in veritate sequitur, qui carnem suam delicate nutrit. *Ibid., homil. 15.*

109. Nemo cum Christo regnabit in caelis, qui eum sanctis moribus non imitatur in terris. *Ibid., homil. 17.*

110. Si minister Christi es, Christum sequere: si autem imitari renueris, Christi minister non es. Epist. 14, *ad Nicol. Presbyt. Mernicens.*

111. Nec nostro ministerio Deus indiget, justitiam enim sequemur: sed ut nobis ipsi attribueret salutem. Sequi enim Salvatorem, participare est salutem, et sequi lumen, participare est lumen. Lib. 4, *Advers. haeres., cap. 28.*

112. Tu praeda onustus incedis, et spolia geris, quae irritant animos, etiam tuorum: quot periculis quot casibus, cum his malis opibus subjaceas? Sequere Deum abjectis operibus, quae te premunt: libera te ipsum compedibus et catenis, et expeditus ad Deum curras. Lib. 6, *de Divin. inst., cap. 12.*

113. Qui Deum secuti, parentes corporisque desideria contempserint, et virtutum praesentium voluptatibus, innocentiam justitiamque servaverint, hos Deus ut sui similes recognoscit. *De ira Dei*, cap. 19.

114. Deus nobis sequendus est, Deus adorandus: quoniam in eo est materia rerum, et ratio virtutum, et fons honorum. *Ibid., cap. 23.*

115. Si praecipientem Christum sequi non potes, sequere antecedentem. Lib. 4, *de Divin. inst., cap. 24.*

116. Quisquis rectum iter vite tenere nititur, non terram debet aspicere, sed caelum; non hominem sequi, sed Deum. *Ibid., lib. 6, cap. 8.*

117. Magna prorsus res est abnegare se, tollere quotidie crucem, et sequi Christum. *De Obedient., cap. 26.*

118. Nihil est dignius, quam ut homo sit sui auctoris imitator, et secundum modum propriae facultatis, divini sit operis executor. *Serm. 5, Quadrag. in fine.*

119. Frustra appellamur Christiani, si imitatores non sumus Christi. *Serm. 5, de Nativit.*

120. Summa totius Philosophiae Christianae haec est, ut ducentem nostrum Jesum per veram humilitatem sequi contendamus. In *Canon. vita spirit., cap. 7.*

121. Gaudeat discipulus, dum imitatur magistrum: exultet servus, dum sequitur Dominum. Lib. 1, *Enchirid. parvulor. Document. 12.*

S. MAXIMUS MART.

122. Qui Dei charitatem in se possidet, non fatigatur sequendo Dominum Deum suum. *Centur. 1, de Charit., cap. 28.*

PETR. BLES.

123. Nemo qui servit mundi materiae, Dominum imitari potest. *De Incarnat. Verbi.*

124. Sequere eum, quem voveras sequi, et ipse votis tuis misericorditer et efficaciter aspirabit. Epist. 14, *ad Cleric. quemdam.*

125. Quod Filium Dei decuit, vos dedecere non debet. *Ibid., epist. 147, ad Episc. Bangoriens.*

PETR. CEL.

126. Omnis Christi actio, Christiani est lectio. *Ibid., serm. 9, de Purificat.*

127. Nihil ad caelum, entibus tutius, quam sequi siralam sanguine Christi tinctam. Lib. 7, epist. 8, *ad Abbat. Villariens.*

S. PETRUS CHRYSOL.

128. Decipit, non accedit, qui promittit Dominum incaute sequi. *Serm. 19, in princ.*

S. PETRUS DAMIANUS.

129. *Eccc nos reliquimus omnia, et secuti sumus te. Solemne Verbum, magna promissio, opus sanctum, dignum benedictione, relinquere omnia, et sequi Christum. Prosec.*

LACT. FIRM.

130. Haec sunt verba voluntariae persuasoriae pauperitatis, quae monasteria genuerunt, quae claustra monachis, anachoretis silvas copiosius repleverunt.

131. Magnum revera est, relinquere omnia; sed majus, Christum sequi: cum multos omnia reliquisses, nec Christum secutos fuisse legamus.

132. Hoc opus, hic labor est, hic salutis humanae summa consistit: nec Christum possumus sequi, nisi omnia relinquamus; quia oneratus eum sequi non potest.

133. Merito relinquit omnia qui sequitur eum, qui est super omnia. *Serm. 9, de S. Benedicto.*

134. In imitatione Christi, summa nobis felicitas reservatur. *Serm. 47, de Exalt. S. Crucis.*

135. Abnegator sui, sectator est Christi. *Opusc. 11, cap. 19.*

PHILO JUD.

136. Revera solus liber est, qui solum Deum sequitur. Lib. *Quod omnis probus liber sit.*

137. Qui pietatis et summae virtutis sectator factus est, Deum sequi studet. Lib. *de Abraham.*

138. Debet curare mens, ut non modo indefessa et intenta sequatur Deum, verum etiam per eam rectam incedat, nec ad dextram declinans, nec ad laevam. *De migrat. Abrahae.*

S. PROSPER.

139. Quid est Christum sequi, nisi praestare beneficium etiam ingratis? non retribuere secundum merita sua malevolis? orare pro inimicis, amare omnes, misereri perveris, invitare aversos, suscipere in charitate conversos, et equanimiter pati uhulos ac superbos? Lib. 2, *de Vita contempt., ap. 21.*

RICHARDUS A S. VICT.

140. Christum sequere, si non vis errare. *Part. 1, de Benjamin minore, cap. 77.*

141. Ubi sequimur Christum? videlicet vestigia Salvatoris sequimur in circis, vestigia Salvatoris sequimur in theatris. Lib. 6, *de Gub. Dei.*

142. Qui expedit, aut omnibus, aut pene omnibus sarcinis Salvatoris viam sequuntur et Dominum Jesum Christum non sanctitate tantum, sed etiam paupertate imitantur, Christi imagines sunt. *Ibid., lib. 2, ad Eccles. Cathol.*

143. Imitatur Deum, quantum imitari licet, qui ea diligit odioso prosequitur, quae Deus amat ac detestatur. Lib. 12, *di Virtute activa.*

144. Habet Jesus multos amatores regni sui coelestis, sed paucos hajalulores suae crucis. *Prosec.*

145. Multi Jesum sequuntur usque ad calcitrantem panis, sed pauci usque ad bibendum fracionem Passionis. Lib. 2, *de Imit. Christ., cap. 11.*

146. Tolle crucem tuam, et sequere Jesum, et ibis in vitam aeternam: praecessit ille hajalulus sibi crucem, et mortuus est pro te in cruce, ut te tuam portes crucem, et pro te affectes in cruce. *Ibid., cap. 12, sect. 2.*

147. Vita tua, vita nostra: nisi tu nos praecessisses et docuisses, quis sequi curaret? *Ibid., lib. 3, cap. 18, sect. 3.*

148. Sequere me, ego sum via, veritas et vita: sine via non litur; sine veritate non cognoscitur, sine vita non vivitur. *Prosec.*

149. Ego sum via quam sequi debes: veritas, cui credere debes: vita, quam sperare debes.

150. Ego sum via inviolabilis, veritas infallibilis, vita interminabilis.

151. Ego sum via rectissima, veritas suprema, vita vera, vita beata, vita increata. *Ibid., cap. 56.*

152. Christus veritas est, et qui sequitur Christum, amator est veritatis, et omnis virtutis. In *Hortulo Rosar., cap. 10, sect. 2.*

153. Fuge mundum et sequere Christum, ut evadas infernum, et intres cum eo in caelum. In *Hospital. pauper., cap. 9.*

154. Jam sine immusculis nemo sequitur Deum. *Conc. de S. Romano.*

155. Non longe nobis quaerendus est, quem sequamur. *Homil. 26.*

SENTENTIA PAGANORUM.

156. Vetera sunt praeccepta sapientium; sequi Deum, et se noscere. Lib. 5 *de finibus.*

157. Danda est opera, ut Deo quam proxime fieri potest assimilemur, atque conformemur: Deo autem nos assimilat justitia et sanctitas cum sapientia conjuncta. *Syzygia 2 de Scientia.*

158. Deo gratum amicumque hominem necesse est, cum queat maxime talem evadere qualis sit Deus. *Syzygia 4, lib. 11 de Legibus.*

159. Deum sequere, quae autem dementia est potius trahi, quam sequi? *De beata vita, cap. 15.*

AELIANUS.

S. THEOPH.

THOMAS A KEMPIS.

S. THOMAS A VILLA S. JOVA. S. VALER. EPISCOPUS.

CICERO.

PLATO.

S. CYPRIAN.

160. Optimum est Deum (quo auctore cuncta proveniunt) sine murmuratione comitari: malus miles est, qui Imperatorem gemens sequitur. Epist. 105.

161. Honor summus Deo, est scire eum et imitari: simile quidem Deo per omnia nihil est, grata tamen ei est, inferioris (quantum possibile est) imitatio. Sent. 38.

162. Relinquens quae possides, sequere verbum Dei. *Ibid.*, sent. 255.

163. Sapiens sequitur Deum, et Deus animam sapientis. *Ibid.*, sent. 404.

Vide etiam tit. *Christianus*, sent. 61; *Jesus*, sent. 50; *Imitatio*, sent. 6; *Logicus*, sent. 9; *Militia*, sent. 3; *Negare Deum*, sent. 24; *Patria*, sent. 11; *Paupertas Christi*, sent. 24; *Poenitentia*, sent. 123; *Proprietates*, sent. 99; *Relinquere*, sent. 73, 93; *Renuntiatio sui*, sent. 5; *Via*, sent. 18.

## SERVIRE DEO.

BIONYSIUS  
CARTHUS. *Definitio.* Quid est Christo servire nisi diabolo, mundo, carni, ac propriae voluntati victorialis dominari? Super *Apocalyps.*, cap. 5. art. 6.

HUGO A S.  
VICTORE. *Divisio.* Tripliciter servimus Deo, videntes eum in omnibus creaturis, habentes eum in nobismetipsis, cognoscentes eum in semetipso. Lib. *h. Miscellan.*

HUGO CARD. Modus serviendi Deo triplex est: per munditiam interiorum, per bonam operationem, per rectam intentionem. Super *Luc.*, cap. 4.

S. THOMAS  
AQUINAS. Duplex est Dei servitus: una timoris, alia amoris: timoris, quae non competit Sanctis; amoris, quae Sanctis convenit. Super *epist. ad Rom.*, cap. 1, lect. 4, in illud *Joan. 15*: *Jam non dicam vos servos*, etc.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS. 1. Cui Deus portio est, nihil debet curare nisi Deum, ne alterius impediatur necessitatis munere. *De fuga saeculi*, cap. 2.

2. Suis se abneget, qui servire Deo gestit. *Ibid.*, etc.

3. Servitus Dei voluntatis est, non necessitatis: est enim necessitatis infirmior, voluntatis fortior: quia pulchrius est bonum, quod non ex necessitate fit, sed ex voluntate. Lib. 2, epist. 7, ad *Simplicianum*.

3 bis. Servum Dei non custodia corporalis, sed Domini providentia seipsum consequitur. Lib. 5. *Epist. orat. in Auxentium*.

S. AMBROS. 4. Deo servire, regnare est. Lib. 4, epist. 84, ad *Demetriadem*. S. Augustin., lib. *Medit.*, cap. 32.

S. AMBROS. 5. Tuus sum ego, et facilis vox et communis

videtur, sed paucorum: satis rarus enim est, qui potest dicere Deo, Tuus sum. Ille dicit, qui non solum voce, sed et corde dicit; ille dicit, qui adhaeret Deo totis sensibus, qui aliquid cogitare non novit. Super *Psalms. cxviii*, serm. 12, vers. 6: *Tuus sum ego*.

6. Servus Domini nihil debet alienis: pretiosa haec servitus, quae virtutum constat expensis. *Ibid.*, serm. 26, vers. 2.

7. Discere Deo esse subjectus, ut non quod ipse vis eligas, sed quod Deo scias esse placitum. Lib. 10, super *Luc.*, cap. 22, in illud: *Non mea voluntas, sed tua fiat*.

8. Prudenter Deus tibi servire vult, non ut iniquitate sua debiles fiant, qui serviunt, et postea medicorum suffragia requirant. *Prose*.

9. Temperandum est enim, ut si fieri potest, coeptum obsequium gradatim provehatur, quam per inconsiderantiam minuatur. Super 1, *Tim. v.*

10. Nulla major est dignitas; quam servire Christo. In *Exhort. ad Virgines*.

11. Melius esset ut Deo quis sine professione serviret spontaneus, quam in monasterio professione se alligans servire cogere tur invitus. *De similitud.*, cap. 81.

12. Vacare Deo non otium, scilicet malum, sed negotium negotiorum. Part. 2, tit. 9, de *Acedia*, cap. 14, § 1.

13. Miles Christi habere debet equum bonae voluntatis, sellam humilitatis, strepas, seu strapedas constantiae, calcaria gemini timoris, frenum temperantiae, clypeum fidei, loriceam justitiae, galeam salutis, lanceam charitatis. Serm. *Dom. 21, post Trinit.*

14. Generale pactum est societatis humanae, obedire Regibus suis: quanto magis Deo regnatori universae creaturae ad ea quae jusserit sine dubitatione serviendum est? Lib. 3 *Conf.*, cap. 8.

15. Ille ab omnibus liberat, qui servire omnibus utilissimus est, et in cuius servitio placere perfecte sola libertas est. *De Quantitate animae*, cap. 34.

16. Non creature potius, quam Creatori servimus. *De vera Relig.*, cap. 40.

17. Optimus minister tuus est, Deus, qui non magis innotet hoc a te audire, quod ipse voluerit: sed patius hoc velle, quod a te audierit. Lib. 10 *Conf.*, cap. 26.

18. Tales servos suos meliores esse Deus iudicat, qui ei serviunt liberaliter. *De vera Relig.*, cap. 14.

19. Liberaliter Deo Angeli serviunt, sed non hoc Deo, sed ipsis prodest. *Ibid.*

20. Deus nostra servitute non indiget, nos vero

dominatione illius indigemus: ut operetur, et custodiat nos, et ideo verus solus est Dominus, quia non illi ad suam, sed ad nostram utilitatem salutemque servimus. Lib. 8 de *Genesis ad litteram*, cap. 11.

21. Justus liberaliter Deo servit, injustus autem compeditus, servit. *Prose*.

22. Boni tota voluntate Deo serviunt, mali autem necessitate. *De Agone christiano*, cap. 7.

23. Ubi homo Deo non servit, nullo modo potest iuste corpori, aut humanae ratio vitium inperare. Lib. 19 de *Civitate Dei*, cap. 21.

24. Quamlibet videatur animus corpori, et ratio vitium laudabiliter imperare: si tamen Deo animus et ratio ipsa non servit, sicut sibi serviendum esse ipse Deus praecepit, nullo modo corpori vitium recte imperat. *Ibid.*, cap. 25.

25. Sperate feliciter, cui servitis instantius. *De sancta Virginitate*, cap. 27.

26. Magna felicitas est, esse Dei servum, etsi cum compeditus. Super *Psalms. cxxix*, vers. 1: *Servite Domino in laetitia*.

27. Libera servitus est apud Dominum, libera servituti, ubi non necessitas, sed charitas servit. *Ibid.*

28. Servum te charitas faciat, quia liberum te veritas fecit. *Ibid.*

29. Servus es Domini, libertus es Domini, non te sic quaeras manumitti, ut recedas de domo manumissoris tui. *Ibid.*

30. Ut quid claudicatis ambobus inguinibus? Si Deus eligatur, serviat illi: si mundus eligatur, ut quid fictum cor quasi Deo accommodatur? Lib. 4 de *Symbolo fidei*, cap. 1.

31. Scio Domine, scio et fateor, quia indignus quidem sum tibi servire, sed tu non es indignus servitio creature tuae: da ergo mihi, Domine, unde tu es dignus, et ego ero dignus unde sum indignus. *Prose*.

32. Fac me quomodo vis a peccatis cessare, ut quomodo debeo possim tibi servire. In *Medit.*, cap. 10.

33. Christus ille non famulus, sed subsannator est et dorisor, qui ejus se servum dicit, cui servitio dissimulat. *De Vita christiana*, cap. 1.

34. Vis ut serviat tibi caro tua? oportet te servire Deo tuo: regal te prepositus, ut possit a te regi subjectus; infra te est caro tua, supra te est Deus tuus. *De utilitate jejunii*.

35. Vis ut serviat caro tuae animae tuae? Deo serviat anima tua: debes regi, ut possis regere. *De verb. Dom.*, serm. 43.

36. Qui Deo se committit, diabolum non timet. *Ibid.*, serm. 28.

37. Non est laboriosa, sed amabilis et optanda,

servitio in Dei laudibus perpetuo assistere. Serm. 4 de *Innoc.* et in ord. 1.

38. Qui propter lucrum temporale servit Deo, quisquis talis est, mercenarius est. Hab. apud Gratianum in *Decretis*, part. 2, causa 8, quaest. 1, can. *Sunt*.

39. Tibi serviat quidquid utile puer didici, tibi serviat quod loquor et scribo et lego. Lib. 4 *Conf.*, cap. 15.

40. Non me fecisti ut sic te colam: sed ut quasi terram, ut sis incultus si te non colam: serviam tibi. *Ibid.*, lib. 13, cap. 1.

41. Magna est utilitas homini, quod Deo servit. Lib. 8 de *Gen. ad lit.*, cap. 13.

42. Nihil hac pena justius, quam ut non ad omnem nutum serviat corpus animae, sicut Domino suo detrahitur ipsa servire. *Ibid.*, lib. 9, cap. 11.

43. Quibusdam est utilis servitus: et Deo quidem ut serviat utile est omnibus. Lib. 19 de *Civitate Dei*, cap. 21.

44. Omnes sensus meos, cogitatus et actus dirigere digneris, ut de cetero tibi serviam. Lib. *Medit.*, cap. 37.

45. Oportet animam affectibus quidem imperare, Deo autem servire: neque enim fieri potest, ut ipsa simul et peccatum et Deum per Regem habeat: verum necesse est ut vitium sub potestatem redigat, Domino autem omnium serviat. Apud D. Joan. Damasc., lib. 1 *Parall.*, cap. 30.

46. Coeternum servitium Deus non querit. In suis *Prov.*, verbo *Coactum*.

47. Fidelis et gratus Deo obsequium est, quod amore magis, quam metu geritur. *Ibid.*, verbo *Fidelis*.

48. Robusti corpore, nisi Deo, a quo vires habent, devote famulentur, pro hoc penas patientur. *Ibid.*, verbo *Robusti*.

49. Professio haec est fidei Christianae, ut qui vivit, jam non sibi vivat, sed ei qui pro omnibus mortuus est. Serm. *de verbis Psalmi. xxii*.

50. Nullus sapiens ab illius se vellet absolvere servitio, cui servire regnare est, quis autem regnare nolit? *Prose*.

51. Vis regnare feliciter? servi benigno Jesu et regnabis; quia illi servire, regnare est. Lib. *de Passione Domini*, cap. 30.

52. Ministerium ministrorum Christi triplex est, servitium, charitatis et dignitatis; servitium, corporis est castigatio; charitatis, mentis devotio; dignitatis, corporis Christi consecratio. Primum fit in afflictione; secundum in hilaritate; tertium in humilitate. Primum est sacrificium timoris; secundum est sacrificium amoris; tertium est sacrificium laudis. Lib. 8 *Floriam*, cap. 11.

S. BASILIUS  
MAGNUS.

V. BEDA.

S. BERNARD.

BOKIUS.

53. Dei acti fræntis atque obtemperare, justitiam summa libertas est. Lib. 1 de Consolat. Philos., prosa 6.

S. DONAV.

54. Cui Dominus plus benedixit in naturalibus vel spiritalibus vel temporalibus donis, plus merito ipsi servire debet. Serm. Dom. 5 post Pent.

55. Qui Deo servit amore, rectus et bonus est: qui tantum timore, curvus est et malus in voluntate. Serm. 1 Dom. 17 post Pent.

56. O quam securum, quam fructuosum est, huic regi servire qui nihil querit a servo, quod sibi sit inutile, sed solum quod servo sit ad salutem. Serm. 2 de Sancto Nicolao.

57. Omnis qui accedit ad Dei servitium, se preparare debet ad bellum, quia statim armatur diabolo contra eum. Serm. 2 de S. Agne.

58. Ille minister dignus amore non est, qui propter Dominum portare mala non potest. Prose.

59. Sunt multi, qui tantum Deo servant in prosperis: sed nunquam ad Deum clamant, nisi cum se sentiunt in adversis. Serm. 2 de Sancto Marco.

60. Multi sunt boni mercenarii, qui spe æternorum Deo servant: sed nemo bene servit, nisi qui servit ei ex charitate. Super lib. 3 Sent., dist. 27, art. 2 quaest. 2.

61. Servire Deo, beatitudo animæ, sanitas corporis, prudentia spiritus, vita cœlestis. In Alphabet. Relig., lect. 22.

62. Servus Dei in his quatuor versari debet, ut Deo intendat orando, psallendo, meditando, studendo devotioni. Lib. 1 de Profect. Relig., cap. 33.

63. Si tu pro velle tuo servis Domino, ipse te remunerabit pro velle suo: si autem tu studueris ei servire pro velle suo, ipse remunerabit te pro omni velle tuo. Ibid., lib. 2, cap. 25.

64. O quam felix est, cui datum est mundum contemnere, et Christo servire! omni enim libertate melior est servitus Christi. In Collat. de Contemptu sæculi.

65. Felix hæc servitus, imo gloriosa libertas est, qua quis sponte in regiam venditus servituti, Deum et ejus vicarios potius quam seipsum super se regnare constituit, sua prorsus renuntiat voluntati. In Speculo discipuli, part. 4, cap. 4.

S. CÆCILIUS  
ARELAT.

66. Omnes Sancti qui Deo fideliter servant, lectioni et orationi vacare, et in bonis operibus perseverare contendunt. Homil. 8.

CASSIODOR.

67. Tunc magis quisque liber redditur, cum fuerit Dei sorte captivus. Super Psalm. xvii vers. 42.

68. Deo virtutes cœlestes servant, cui omnis potentia famulatur. Super Psalm. xlv, vers. 7.

69. Illi sub lætitia Domino servant, qui eum supra cuncta diligunt, et invicem se fraternâ charitate respiciunt. Prose.

70. O libera servitus! o servitium supra cunctas dominationes eximium! quibus talis lætitia tribuitur, qualis in regnorum gloria non habetur. Super Psalm. xcix, vers. 1: Servite Domino in lætitia.

71. Dei non est servus, nisi qui Sanctorum fuerit cœtibz aggregatus. Super Psalm. cxviii, vers. 422: Suscipe servum tuum, etc.

72. Servus Dei veraciter nequaquam dici potest, nisi qui ejus famulatur arbitrio. Ibid., vers. 425: Servus tuus sum ego.

73. Ille solus est pius ac religiosus, qui pulchre ac citra ullam reprehensionem in rebus humanis Deo servit. Lib. 7 Strom.

74. Summa ingenuitas est, Christi servum existere, atque sub ejus dominio permanere. Super Epist. ad Rom., cap. 1 art. 3.

75. Hoc potissimum Deo debemus, quod sicut totum quod sumus et habemus, ab ipso accepimus: sic totum ejus obsequiis et laudibus mancipemus. In Hymno de temp. feriati ad Vesperas.

76. Dum vires nobis suppetunt, Domino in timore et recto corde serviamus. De recta vivendi ratione, cap. 91.

77. Cui non placet ministrare Domino uni, serviet multis. De timore Dei.

78. Si in corpore tanquam corporis experts Deo inservire cupis, cura ut sine ulla intermissione precationem occulte in pectore tuo habeas. De octo vitios. cogit. de Superbia.

79. In hoc solum cognoscam si es servus Dei, si errantem fratrem misericordiam reducas ad Deum, et si graviter errantem amore non desieris. In suis Opuscul., epist. 6, ad Frat. Eliam.

80. Ille est servus Dei, qui non irascitur, nec turbatur pro aliquo, recte vivit, et sine proprio. Ibid., in admonit., ad Fratres, cap. 41.

81. Hou! quam bonum est, fratres, Deo servire: melior est Dei servitus, quam principatus. Prose.

82. Sed quis est, qui certo cognoscit se esse servum Dei? nihil melius est quam esse servum Dei, nihil tamen difficilius est homini certo cognoscere, quam si est Dei servus.

83. Ego vobis confiteor, quod rogavi Dominum ut mihi dignaretur ostendere, quando sum servus Dei, et quando non: ipse autem Dominus benignissimus sua dignatione respondit mihi: Servum meum veraciter te esse cognosce, cum sancta cogitas, loqueris, et operaris. In suis Opus., collat. 48.

C. GREGORIUS  
AGILIX.DIONYSIUS  
CARTHAG.

S. EPHEMUS.

EVAGRIUS.

S. FRANCIS.  
ASSISIENSIS.S. FRANCIS.  
TITELMAN.

84. Fidelis Domini servus est, qui cogitat quæ Domini sui sunt, qui loquitur quæ Domini sui sunt, et operatur quæ sunt Domini. In Annot. super Psalm. xiv vers. 3: Qui loquitur veritatem, etc.

85. Oportet eos qui sancte vivere volunt, et fideliter Deo in finem usque servire, nihil dissimulare, neque grande, neque parvum, quicquid in se vitiosum deprehenderit. In Annot. super Psalm. xxxi.

S. FULGENTIUS.

86. Ille Deo non vero servit, qui creature servit: quia ubi Deo non vero servitur, ibi Dei veritas in mendacium commutatur. Lib. ad Donatum, cap. 5.

GILBERTUS  
ANGLUS.

87. Est obsequendi necessitas jure conditionis, sed necessitatem ignorat libertas dilectionis. Serm. 49 super Cant.

GLOS. DEGR.

88. Deo propter Deum est serviendum. In Decret. Gratiani.

GLOSS. INT.

89. Non timore sed amore servias. Super illud Gen. xvii: Et esto perfectus.

GLOSS. ORD.

90. Non vult Deus coacta servitia: amore enim servitur ei, non timore; mente, non corpore. Super Erod., cap. xxxv.

GLOSS. INT.

91. Omnis persona, omnis dignitas, omnis consanguinitas Christi servitio postponenda est. Super Num., cap. vi.

GLOSS. ORD.

92. Unusquisque secundum quod vires sibi suppetunt in verbo et factis obsequium studeat prestare Deo. Super III Reg. x.

GLOSS. INT.

93. Sicut ab Angelis servitur Deo in cœlis, ita ab hominibus servitur in terris. Super II Paralip. iii.

GLOSS. ORD.

94. Tantummodo qui per fiduciam amoris non timet, digna Deo reddit obsequia. Super Job, cap. ix.

GLOSS. INT.

95. Nulla melior majorve potestas, quam servire Deo; qui bene servit amor. Super Ecclesiastic., cap. xxxiii.

96. Quam rarus est Dominus propter Dominum servientis! Super Matth., cap. xxiv.

97. Ministrat conditori, qui ejus judicium pertimescit, de suis se virtutibus humiliat. Super illud xvii Luc.: Et ministra mihi.

98. Nemo potest Deo servire, qui mortua habet opera. Super Epist. ad Hebr., cap. 9 in illud: Ad servendum Deo viventi.

GLOSS. INT.

99. Quo majore libertate utimini apud homines, eo liberius divino famulaturis sitis subjugati. Super illud I Petri: Quasi liberi, etc.

S. GREGORIUS  
MAGNUS.

100. Vir bene Deo subjectus scit inter transcurantia stare; scit inter lapsus decurrantium temporum mentis gressum figere; scit nec ad subjecta se erigere, nec ad objecta trepidare. Lib. 31 Moral., cap. 44.

101. Solum Deo servit, qui bonis operibus prava

non inserit: nam qui sic bona agit, ut mala non deserat, Deo soli nequaquam servit. Lib. 3 in I Reg., cap. v, super illud: Et servite soli Deo.

102. Ille vere Deo servire appetit, qui ab hoc sæculo mente transire didicisti. Homil. 3 super Eszech.

103. Divina obsequia tunc bene exhibentur, cum exhibentis persona, carnalis voluptatis sordibus non fœdatur. Prose.

104. Et acceptum Deo tunc est munus ministerii, cum per sancta conversationis munditiam Deo placita est persona ministri. Lib. 2 in I Reg., cap. 2.

105. Magnum est soli Domino servire, quod est instanter bona agere, bonis actibus reproba non miscere. Ibid., lib. 3, cap. 5.

106. Eis qui fideliter Deo servant tanto amoris vinculo conjungitur Deus; ut quicquid eis ingeritur, divina injuria adscribitur. Ibid., lib. 4, cap. 1.

107. In omni corde Domino servire est, peccandi nullam in corde intentionem retinere. Prose.

108. Omne quidem cor ad servitium Conditoris inlicitur, quando sic bona agit, ut mala per propositum nulla teneat. Ibid., lib. 5, cap. 2.

109. Divina obsequia cum instanti fœvere magne devotionis exercenda sunt. Ibid.

110. Serviando Deo, ejus mandata complentur: cui nimirum in veritate servimus, quando ejus præcepta pro sola superna retributione perficimus. Prose.

111. Nam qui de bono opere temporalem mercedem expetit, Deo in veritate non servit, quem falso proposito in sua operatione non diligit.

112. Qui in veritate Deo servit cupiunt, totum cor in divinis obsequiis ponere jubentur: ut sic que Dei sunt agant, ut in mento aliquid quod contra Deum sit, non retineant. Ibid.

113. Ut agricultura finis est, frugum perceptio; ædificatio, ædium habitatio; navigatio, divites; certaminis, corona: sic virtuosæ vite finis est, ut servus Dei, et sis et voceris. De vita Moysis.

S. GREGORIUS  
NTS.

HATMO.

S. HIERONIMUS.

114. Deo servire, summa libertas est: ab ejus servitute recedere, turpissimus servitus est. Serm. de Confessor.

115. Non potestis diabolus dominis servire; et audet quisquam mendacem Christum facere, Mammona et Domino serviendo? Epist. 1 ad Heliodor.

116. Felix et omni dignus beatitudine, quem senectus Christo occupat servientem, quem extrema dies Salvatoris invenit militantem. Epist. 34 ad Julian.

117. Quanta felicitas, non uxoris servum esse, sed Christi : non carni servire, sed spiritui ! qui enim adheret Domino, unus spiritus est. Lib. 1 *adversus Jovinianum*.

118. Nihil honorabilius, nihilve gloriosius, quam servitus Christi : hæc sane preferenda imperatorum fastigio : hæc dignitati regie, hæc cuicunque sæculi gloriæ. In *Regula monachorum*, cap. 12.

119. Sicut qui in prosperis Domino serviunt, in adversis recedunt. Lib. 4 super *Prov.*, cap. iii, super illud : *Disciplinam ne abicias*.

120. Grandis dignitatis est et meriti esse servum Domini, et non servum peccati. Super *Psal.* cxv, vers. 6.

121. Sicut in celo Angeli tibi serviunt, et creatura servit : ita servus et homo. Super *Psal.* xlviii, vers. 6.

122. Dei ille est, qui non est servus peccati. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 1 in illud : *Paulus servus Dei*.

HUGO A. S. VICTORE.

123. Deo servire, est Deum diligere : qui non diligit, non servit ; et qui diligit, servit : qui parum diligit, parum servit ; qui multum diligit, multum servit : et qui perfecte diligit, perfecte servit. *De Allegor. super Ezod.*, lib. 3, cap. 4.

124. Sive divites sint, sive pauperes, sive nobiles, sive ignobiles : quicumque accedunt ad servitium Christi, justum est, ut vivant de annona Christi. Super *Regul. S. August.*, cap. 4 super illud I *Tim. v* : *Dignus est enim operarius mercede sua*. Serm. 88, *de Diversis*.

125. Quam longe homo est a Deo, qui accedere jubetur, ut servus Dei fiat : quam longe est ab eo, ubi Filius est, qui nec dum esse cepit, ubi servus est. Lib. 1 *Miscellan.*, cod. 1, tit. 69.

HUGO CARD.

126. Quanto quis magis servit Deo, tanto amplius desideria multiplicantur. Super *Gen.*, cap. xxvi.

127. Servire debemus Domino tribus de causis ; quia justum est, quia honestum est, quia utile est. *Prosec.*

128. Justum est, ut serviamus ei, quia nos fecit, quia nobis servivit, quia nos emit.

129. Et tanto devotius debemus ei servire, quanto nos digniores creavit.

130. Et quanto pretiosiori pretio nos emit, tanto ardentius ei servire debemus. Super *Psal.* ii.

131. Maxima gloria est in presenti homini, servire Deo. Super *Psal.* lxxii.

132. Si hodie servis Domino, ne glorieris, quasi de futuro securus : quia qualis esse in futurum possis, aut quomodo vitam finiturus sis, providere non valet. Super *Prov.*, cap. xxvii.

133. Servitii Dei qualitas in duobus consistit ; ut serviat quis Deo propter ipsum, et quod leve se super se. Super *Epist. ad Rom.*, cap. viii.

134. Summa dignitatis est, ut Deo serviamus. Lib. 1 *Contemplat. de Amore Dei*, cap. 21.

135. Vere ille liber fit, qui coeperit Deo esse captivus. Lib. 7 *de Incarnat.*, cap. 4.

136. Qui in timore servit Deo, invitum servit propter timorem : penam quidem evadit, sed mercedem justitiae non habet. Homil. 42 super *Matth. oper. imperf.*

137. Sicut nihil prodest meretrici, si nomen habeat castum : sic nihil prodest peccatori ; si Dei servus dicatur. *Ibid.*, homil. 45.

138. Non est gratuitum quod Deo servitur ; quia præmium est, quo servitus ista pensatur ; ut jam negotiatio sit ista, non servitus ; mercato sit, non famulatus. Homil. 4 in dictum *Joan. xv* : *Vos amici mei estis, etc.*

139. Qui præmiis in obsequium cogitur, qui donis ad officia invitatur, quid faceres, si gratuitum subires servitium, qui tam liberale Christi contemnis imperium ? *Ibid.*

140. Amari non potes, si Christum contemnis : contemni non potes, si servieris : servus non eris, si parneris. *Ibid.*

141. Christo servire, promovetur est : et obsequii, sublimari. *Ibid.*, homil. 2.

142. O veneranda pietas Christi ! qui pramia tibi, ut obsequaris, promittit : dignitatem, ut famuleris, ostendit : amicitias invitat, ut servitatem extorqueat. *Ibid.*

143. Apud Deum odibilior est, qui servum Dei se dicit, et mandata diaboli facit. Homil. 45 super *Matth. oper. imperf.*

144. Fieri non potest, ut qui gloriæ servus est, Christi quoque sincerus sit servus. Serm. 5 super *Epist. ad Philip.*

145. Immundi non possunt servire Deo. Homil. 15 super *Epist. ad Hebr.*

146. Cum lacrymis servi Deo, ut possis diluere peccata tua. *Ibid.*

147. Hæc vere magna dignitas est, ac honorum caput, servum esse Jesu Christi : qui Christi germanus ac legitimus servus est, nunquam committet, et omnibus rebus (quas mortales mirantur) pretiosior. Lib. *de Cherubin.*

148. Servus Christi nihil habet præter Christum, nihil amat, nihil curat, nihil querit nisi Christum. Lib. 4, homil. 1 *ad Monachos*.

149. Gratis serviendum est Domino, quia bonus est. Lib. 2 *ad Monachos*, serm. 6.

150. Servitus erga Deum, Deo quidem nihil prestat, nec opus est Deo humano obsequio : ipse autem servitibus ei, vitam, et incorruptelam, et

IDIOTA.

JOAN. CASS.

S. JOANNES CHRYSOST.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

LACT. FIRM.

S. LAURENT. JUSTIN.

LEONOVICUS BLAGIUS.

PETRUS BLESSENSIS.

FRILIO JUD.

JOAN. TRITH.

S. IDENEUS.

gloriam æternam tribuit. Lib. 4 *adv. Hæres.*, cap. 28.

151. Dei servum sine intermissione legere, orare, et operari oportet, ne forte mentem otio dediti spiritus formationis subripiat. Lib. 3 *de Sum. bono*, cap. 19, sent. 5.

152. Nulli invenitur Deo libere servientes, sub dominis constituti flagitiosus, qui etsi subjecti sint illis corpore, prælati tamen sunt mente. *Ibid.*, cap. 47.

153. Melior est subjecta servitus, quam elata libertas. *Ibid.*

154. Fuge sceleratas religiones, et vivo Deo famulare. *De Ira Dei*, cap. 22, verbo græco *εὐφρ.*, post *Sibyllam*.

155. Non est fas hominem relicto Deo, census ac vite datore, terrenis fragilibusque famulari. *Ibid.*, cap. 23.

156. Servire Deo nihil aliud est, quam bonis operibus tueri et conservare justitiam. Lib. 3 *de Divin. Inst.*, cap. 9.

157. Nihil Christi Domino famulanti difficile, nihil arduum, nihilque estimandum est asperum. *De obedient.*, cap. 26.

158. Nimis infidelis Deo est, qui quando Deus eum consolatur, Deo servire vult : sed quando spirituali consolatione desistitur, mox a Deo recedit, et impura illicitaque solatia perquirat. In *Speculo spirit.*, cap. 43.

159. Coacta servitia Dominus non acceptat : mirum obsequia qua Deo impendimus, non ex opere, sed potius ex voluntate pensantur. Epist. 123 *ad Richard. Londonens. episc.*

160. Vacuam a secularibus oportet esse animum, divinæ servituti obsequio consecratum. *Ibid.*, tract. *De Inst. episc.*

161. Tota ratio humilietur, totus intellectus captivetur in obsequium Christi. *Ibid.*, epist. 124, *ad Wilhelm. electum*.

162. Deo militetis, saltem ad modicum tempus, atque fœces vestre senectutis immoletis Altissimo, qui juvenitatis et adolescentiæ vestre florem in rebus nugularis expendistis. *Ibid.*, Epist. *ad quemdam dudum*.

163. Servire Deo, maxima est gloriatio : non modo libertate major. sed et divitiis, et principatu, et omnibus rebus (quas mortales mirantur) pretiosior. Lib. *de Cherubin.*

164. Deo servire optabilius est, quam regnare. Lib. 1 *de Monach.*

165. Deo continue servire, non solum libertati preferendum est, sed et regno vel maximo. *De Plant. Noe*.

166. Apud omnes qui recte sapiunt, nihil honestius habetur, nihil optabilius, quam Deo parere. Lib. *de Abrahamo*.

167. Quanta dignitas, et quanta beatitudo esse s. PROSPER. Dei servum ; qui nullo precedente merito, tanta præstantur ! Super *Psal.* cxlii, vers. ultimo.

168. Deo quisquis servit, ille vero est nobilis : qui rebellis invenitur, degener. In *Peristephano, de Hymno Romani mart.*, vers. 129.

169. Non contumeliosum est servire Deo, sed valde honorificum. Quæst. 12 super *Jesum Nazæ.*

170. Fiorum hominum honor, servire Deo est. Super *Psal.* lxi, vers. 4.

171. Coactam servititem non admittit Dominus, voluntariam autem laudat, et diligit perfectam animi alacritatem. Super I *Paralip.*

172. Servire Christo, Deo gratum est. Lib. 5 super *Epist. ad Rom.*, cap. xiv.

173. Stude cum summa reverentia Deo servire in lætitia cordis, sicut Angeli sancti in cælis. Medit. 25 *de Christi Pass.*, cap. 3.

174. Vanitas vanitatum, et omnia vanitas, præter amare Deum, et illi soli servire. Lib. 1 *de Imit. Chr.*, cap. 4.

175. Melior est profecto humilis rusticus, qui Deo servit : quam superbus philosophus, qui se neglecto cursum cœli considerat. *Ibid.*, cap. 2.

176. Ubi invenitur talis, qui velit Deo servire gratis ? Lib. 2 *De Imit. Chr.*, cap. 11, sect. 3.

177. Non magnum mihi videri debet servire tibi, sed potius magnum mihi et mirandum apparere, quod tam pauperem et indignum dignaris in servum recipere, et dilectis servis tuis amare. *Ibid.*, lib. 3, cap. 40.

178. O grata et jucunda Dei servitus, qua homo veraciter efficitur liber et sanctus ! *Prosec.*

179. O amplectendum et semper optandum servitium, quo summum promeretur hominem, et gaudium acquiritur sine fine mansurum ! *Ibid.*

180. Infeix est et miser, qui Deo non servit, vanus est et instabilis, et perdit totum quod habet. *De Hospital. pauper.*, cap. 3, sect. 2.

181. Qui Deo servire statuit, debet ei potius, quam parentibus obedire. In *Dialog. Novit.*, cap. 8.

182. O magna cœcitas filiorum Adam ! qui malunt servire peccato cum labore, quam Deo cum jucunditate. *Conc. de federe*.

183. Ipse sibi servitium indicit, qui invitum servit, nam si voluntati servitium accomodas, non te famulum Dei invenies esse, sed filium. Serm. 3 *de Arca vita*.

184. Ista est servitus intolerabilis, quam indicit tyrannice, hoc est, diaboli dominationis superbia, impie captivitatis injuria : ad officium vero, non ad servitium pertinet voluntarie superiori persone exhibere famulatum. *Prosec.*

185. Nunquam potest fieri, ut sine offensa diem

S. PROSPER.

PRUDENT.

S. THEODOR.

THOMAS A KEMPIS.

S. THOMAS A VILLANOVA.

S. VALER. EPISCOPUS.

ransigat, quem negligentia addidit servitutis accusat. *Ibid.*

186. Servitii tui hæc est ratio, ut beneficia Christi semper recolas. *Ibid.*

187. Inter omnia custodias præcepta justitiæ; uni Deo servias, Trinitatis honore servato. *Ibid.*

188. Apud Dominum gratuita servus locum comparat dignitatis. *Ibid.*, homil. 7 de *Misericord.*

## SENTENTIE PAGANORUM.

PLATO.

189. Legibus qui servit, Deo servit. Syzygia 4, lib. 6 de *Legibus*.

190. Optimo illa modo constat servitium, que Deo pareat: immoderata vero est illa, que hominibus exhibetur. Syzygia 6, epist. 8 ad *Dionem*.

SENECA.

191. Nihil cogor, nihil patior invito, nec invito servio Deo, sed assentio. De *constantibus sapient.*, cap. 5.

192. Deo parere, libertas est. De *beata vita*, cap. 45.

SIXTUS

PHILOSOPH.

193. Liber eris ab omnibus, cum Deo servieris. Sent. 255.

Vide etiam tit. *Cedere*, sent. 80; *Clericus*, sent. 153; *Displacere*, sent. 31; *Habere*, sent. 57; *Inventus*, sent. 36; *Militia*, sent. 61, 70; *Rectitudo*, sent. 18; *Reddere rat.*, sent. 31; *Redemptio humana*, sent. 71; *Religio Christi*, sent. 25; *Religiosus*, sent. 99, 141, 142; *Relinquere*, sent. 120; *Rex*, sent. 40; *Sacrificium*, sent. 84; *Saculum*, sent. 75; *Sequi Christ.*, sent. 82; *Servitus*, sent. 29, 42; *Subiectio*, sent. 65; *Tentatio*, sent. 66; *Tepiditas*, sent. 37; *Vocatio Dei*, sent. 28; *Utilitas*, sent. 6.

## SERVITUS.

S. JOANNES

CHRYSOST.

*Ethymologia.* Servi dicuntur a servando: si servaverit quod estis, servi boni eritis. Homil. super *Psal.* cxviii.

S. THOMAS

AQUINAS.

*Definitio.* Servitus est impedimentum boni usus potestatis, et ideo naturaliter eam homines fugiunt. Part. 1 *Summe*, quæst. 2, art. 4, ad 3.

S. DONAV.

*Differentia.* Quidam hominum serviant mundo, corpori suo, diabolo, Christo. Serviant mundo cupiditatis, et avariæ serviant corpori suo gula, et lascivi; serviant diabolo timidi, et superbi; serviant Christo humiles, et abjecti. Serm. 2 de *S. Nicolao*.

S. ISIDORUS

HISPAL.

Inter servitum et servitium hoc interest, quod servitus necessitas sit serviendi, servitium dicimus numerum servorum. Lib. 1 *Differ.*, different. 5.

## SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Non natura servum facit, sed insipientia; nec manumisso liberum, sed disciplina. Lib. 2, epist. 7 ad *Simplicianum*.

2. Servit peccator formidini, servit malitiæ, servit iracundiæ, et sibi videtur liber; sed magis servit, quam si sub tyranno positus foret. *Ibid.*

3. Quam miserum! ut qui nascitur in libertate, moriamur in servitio. *Ibid.*

4. Servum te dicis, libertus es: si liberum te jactas, servus es. Lib. 4 de *Jacob.*, cap. 3.

5. Servilis est omnis passio; et qui servus est peccati, multorum servus est. *Prose.*

6. Servit omnis, qui auctoritate pure non habet conscientia.

7. Servit quicumque vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus dicitur, vel indignatione exasperatur, vel morose dejectur.

8. Qui subiectus est vitis, multis se dominis addidit, ut servitio ei exire vix liceat. Lib. 2, de *Jacob.*, cap. 3.

9. Non conditio fortuna servum facit, sed probrosa insipientia. *Ibid.*

10. Servile est omne peccatum, libera est innocentia. De *Joseph.*, cap. 6.

11. Servit ac miseram servitum ducit qui ipse sibi dominus facit, ipse vult habere quos timeat: nihil enim tam speciale servitutis est, quam semper timere. *Ibid.*

12. Quam misera servitus, servire peccatis? semper in laqueis, semper in vinculis, nunquam liber a compedibus, qui servit semper criminibus. De *Nabulthe*, cap. 6.

13. Qui sua potestatis est ut non serviat, nec aliena potestatis est ut serviat, quamvis potestate sua servire possit. *Prose.*

14. Quamdiu non illa, que est serviendi, sed illa que non est serviendi utitur potestate, nulla res potest illi dominari, ut serviat. In *Dialogo de Libero arbitrio*, cap. 2.

15. In homine quamdiu ipsa voluntas recta est, nec servit, nec subiecta est: cui non debet. *Ibid.*, cap. 5.

16. Iniquus est, qui vult sibi servire quod infra se est, cum ipse servare superiori nolit. Lib. 1, de *Doctr. christiana*, cap. 23.

17. Bonus, si serviat, liber est, malus autem etiam si rignet, servus est, nec unius hominis, sed, quod est gravius, tot dominorum, quot vitiorum. Lib. 4, de *Civitat. Dei.*, cap. 3.

18. Felicitas servituri homini, quam libidini, cum seivissimo dominatu vastet corda mortalium. *Ibid.*, lib. 19, cap. 15.

19. Qui noluerit servare charitati necesse est ut serviat iniquitati. Exposit. 2, super *Psal.* xviii, vers. 44.

20. Noli servare cum murmure: non enim id agunt murmura tua, ut non servias; sed ut malus servus servias. Super *Psal.* xcix.

21. Verus est dominus, qui servo non indiget, et quo servus indiget. Epist. 5.

22. Qui per charitatem servit, libere servit. In *Expos. Epist. ad Galat.*, cap. v.

23. Magis debent patres quod dominantur, quam servi tolerare quod serviunt. Lib. 19, de *Civitat. Dei.*, cap. 16.

24. Nomen servitutis culpa meruit, non natura. *Ibid.*, cap. 15.

25. Puto justum esse ut majori servias, quo tibi minor obtemperet. De *utilit. jejuni.*, cap. 5.

26. Servus es, servum habes, sed dominus tuos servos habet: servus tuus plus est in potestate Domini tui quam in tua. *Ibid.*, cap. 4.

27. Magna est iniquitas cum in homine superiora inferioribus turpiter serviunt. Lib. 6, contra *Julian.*, cap. 19.

28. Liberat a servitute solus dominus, qui illam non habuit. Tract. 41, super *Joan.*

29. Servum si haberes, velles ut serviret tibi: servum tuum non fecisti, et te servum Deus facit. Vis ut tibi serviat cum quo factus es, et non vis servire ei a quo factus es. De *decem Chordis*, cap. 10.

30. Servus es, ne contempnas dominum. Tract. 29, super *Joan.*

V. BRAD.

31. Ardua res nimum, famulari post dominatum. In suis *Proverb.*, verbo *Ardua*.

S. BERNARD.

32. Nulla turpior servitus graviorque, quam servitus Judæorum: quia quocumque ierint, post se trahunt, et ubique dominos offendunt suos. Lib. 4, de *Consid. ad Eugen. Pap.*

33. Cæcæ servitus miserabilior, sed affectata miserior est. *Ibid.*

ROBERTUS.

34. Famuli si vitiosi moribus sunt, perniciosa domus sarcina est. Lib. 2, de *Consolat. philos.*, prosa. 5.

35. Extrema servitus est, vitis servire. *Ibid.*, lib. 5, prosa. 2.

S. BONAVENT.

36. Nihil miserabilius quam peccato servire. Collat. 42, in cap. viii, *Joan.*

37. Nulla est turpior servitus, quam illa que est vitis servire. Collat. 42, super cap. viii, *Joan.*

38. Servitus demonum est magis timenda, que non finitur, quam servitus hominum, que aliquando finitur. *Ibid.*

39. Gravo est offensus servire, qui nullo placatur obsequio. Serm. 2, Dom. 3, post *Pascha*.

J. GREGORIUS

ABELAT.

40. Quid spei relinquatur servienti, ubi æterna mors juncta est servituti? Homil. 4.

41. Si forte hominis ejusque servus duris Domini sui urgeatur imperiis, quocumque fugiendo evadere et declinare iniquum dominum potest, servus vero peccati quo fingitur? *Ibid.*

GLOSS. ORD.

42. Licet hominibus quis serviat, Dei tamen

non hominum servus est, si in servitute quam hominibus impendit, Dei gratiam semper inquirat. Super *Levit.*, cap. 26.

43. Nimum potens est, qui servire non cogitur. Epist. 4, ad *Rustic.*

44. Fidelis et gravis semper obsequium est, quod ab amore, quam quod a metu proficitur. Epist. 14, ad *Celantiam*.

45. Quid a servitute animi indignus, quidve turpius? quam cum in eo aut dominatur odium, aut regnat invidia, quam cum eum aut avaritia possidet, aut captum ira tenet, vel certe cætera sibi vitia vendicant? *Prose.*

46. Multo est indignus mente servire, quam corpore: a quo enim qui superatur, hujus et servus est. Epist. 4, ad *Demetriad.*

47. Gravis est captivitas corporalis, que jure libertatis amisso, victorum dominati subditur: et serviunt tunc quidem corpora, sed nequaquam capitur fidelis anime libertas. Super *Psal.* cxv.

48. Servus debet esse obediens, fidelis, sapiens, hilaris, promptus. Lib. 4, de *Proprietatibus rer.*, cap. 17.

49. Peccatori omnis creatura hostis: Justo vero serviunt omnia. Nihil ergo est quod metuat justus, cui omnis creatura famulatur. Super *Joan.*, cap. iii.

50. Vere illi servi sunt, qui vitis serviunt: liberi vero, qui justitias famulantur. Super *Ecclesiastic.*, cap. xxxiii.

51. O extrema conditio servitutis? Natura liberos genuit, sed fortuna servos constituit. Super *Gen.*, cap. xliii.

52. Servus cogitur pati, et nemo sinitur compati: dolere compellitur, et nemo condolere permittitur: sic ipse non suus est, ut nemo sit sibi: miseri qui castra sequuntur, quia miserum est vivere aliena præda. Lib. 4, de *Contemptu mundi*, cap. 15.

53. Servitus gravissima est in ordine libertatis, præsertim si liberis imperetur. Homil. 29, super *Gen.*

54. Gratus servus non querit curiose modum eorum que fiunt, sed relinquat incomprehensibili Domini sui providentiæ, et credit dictis. *Ibid.*, homil. 38.

55. Servorum mos est, quando non permittitur eis more suo agere, et impediuntur eorum conatus, statim Dominorum puppis frænis, fugam capessunt. *Ibid.*

56. Grati servi est, ut nunquam obmurmuret, et curiosior sit in his, que a domino suo fiunt, sed in silentio et gratitudine suscipiat omnia. *Ibid.*, homil. 45.

57. Omnis qui diaboli sequitur voluntatem servus est diaboli, etiam si liber sit: qui autem obe-

S. HIERON.

S. HILARUS

HUGO A. S.

VICTORE.

HUGO CARD.

S. INNOC. III

S. JOANNES

CHRYSOST.

- dit Deo, ille vere ingenuus est, etsi fuerit servus. Homil. 41, super *Math. oper. imperf.*
58. Ingenuitas spiritalium, non sordidat servitus corporalis, nec turpitudinem spiritalium honestat corporalis libertas. *Ibid.*
59. Servus fidelis domino absente probatur, presente autem domino quidquid fecerit, non est laus servi, sed domini. *Ibid.*, homil. 53.
60. Hosti domini sui servus nunquam famulatur, nisi a domino atrocissima servitate vexetur. Serm. 4, de *Martyrib.*
61. Quid tibi profuerit, quod nemini hominera servias, si teipsum affectibus subjicias? Homil. 19, super I *Cor.*
62. Servus corruptus, pestis liberorum. Homil. 9, super *Epist. ad Colos.*
- S. JOAN. DAM. 63. Praslabilis est homini servum effici, atque adeo servorum servum, quam a turbidis animi affectibus in servitium trahi. Lib. 1 *Parall.*, cap. 12.
- JOAN. GERS. 64. Servitus eo major est, quo dominatio major est. Serm. ad *Regem Francie*, nomine *Universit. Paris.*, part. 2, verit. 1.
- JOAN. TRITH. 65. Servitia quanto sunt magis gratuita, tanto magis accepta. In cap. 7, *Regula S. Bened.*, grad. 3, verbo *Inter.*
- S. ISIDORUS HESPAL. 66. Melior est subjecta servitus, quam elata libertas. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 17, sent. 4.
- LACT. FIRM. 67. Nullus alteri servit, nisi coactus: omne enim imperium metu constat. De *ira Dei*, cap. 23.
- S. LEO I. 68. Non flat tibi servitus, ubi debet esse dominatus. Serm. 1, de *Resurrect. Dom.*
- PETR. CELL. 69. Servitus peccati est servitutum servitus: servus namque peccati, servus est tot dominorum, quot vitiorum. *Prose.*
70. Imperant ei vitia: non domini, sed tyranni: non benevoli, sed inimici. Prasunt, sed sine utilitate: imperant, sed sine miseratione: mandant, sed sine discretionem.
71. Sub his dominis vita nequior, mors melior, si tamen non amari: si enim servus petat panem, accipit lapidem, si pisces, serpentem; si escam, viperam; si vinum, venenum. De *Panibus*, cap. 15.
- PHILO JUD. 72. Servitus quedam animi, quedam corporis dicitur: corporibus dominantur homines, animis affectus et vitia. Lib. *Quod omnis probus liber sit.*
73. Qui humili servilique animo, humilibus servilibusque negotiis dat operam, servus est. *Ibid.*
74. Nemo malus liber est, sed omnes serviunt. *Ibid.*
75. Nullus ita insanit, ut servus, qui domino adversari non veretur. Habet. apud divum Joannem Damascenum, lib. 1 *Parall.*, cap. 100.
- S. THEODOR. 76. Qui vere amat, nec ei quidem quem amat, servire recusat. Super *Epist. ad Galat.*, cap. v.

77. Corpora servorum obnoxia sunt, et adscripta dominis, mens quidem est sui juris. 2, 2, *Quest.* 104, art. 5.
78. Ipse sibi servitium indicit, qui invitus servit. Homil. 3, de *Arca vita.*
79. Non habet in quo possit erubescere, cui necesse est invito servire. *Ibid.*, homil. 10, de *Parasitis.*
- SENTENTIE PAGANORUM.
80. Cum omnis servitus est misera, tum vero intolerabile est, servire impuro, impudico, effeminato, et nunquam sobrio. Orat. 45, *Philipp.* 3, num. 12.
81. O rem miseram! domino servire non potuimus, conservo servimus. Lib. 12, epist. 3, ad *Cassium.*
82. Servi heris, improbi serviunt cupiditatibus. In *Sentent.*, sent. 12.
83. Improbum deest servire, utilis enim est; quia improbitas, servile quippiam est. *Syzgia.* 4, in *Dialogo 1, Alcibiadis.*
84. Sibi servire, gravissima servitus est. Lib. 3, *Quest.*
85. Paucos servitus, plures servitutum tenent. Epist. 22.
86. Nulla servitus turpior est, quam voluntaria. Epist. 47.
87. Infelix! servis hominibus, servis rebus, servis vitis. Epist. 77.
88. Heu quam miserum est! discere servire, ubi sis doctus dominari. In suis *Proverb.* in fine positus.
89. Ministrare aliis melius est, quam ab aliis ministrari. Sent. 326.
90. Esto servus, quoniam liber esse necisti. Lib. 2, *Dictor. memorab.*, cap. 1.
- Vide etiam tit. *Corpus*, sent. 67; *Divitia*, sent. 89; *Domus*, sent. 14; *Dormire*, sent. 56; *Iniquitas*, sent. 40; *Libertas*, sent. 6; *Libido*, sent. 5; *Moris timor*, sent. 6, 7; *Necessitas*, sent. 29; *Sapientia* in genere, sent. 2; *Stultitia*, sent. 2, 3, 4; *Virginitas*, sent. 66.
- SEVERITAS.
- Etymologia.* Severus dicitur, quasi sevus verus: et sic severitas quasi seava veritas. Lib. 10, *Etymol.*, verbo *Severus.*
- Definitio.* Severitas est, per quam judicaria vindicta sequendo veri rigorem districtius in peccantem exercetur. De *fruct. carnis et spiritus*, cap. 14.
- Differentia.* Severitas a crudelitate differt. Hec corrigi, illa cruciat: hae justis convenit, illa perversos comitatur. Lib. 1, de *Claustro anima*, cap. 16.
- S. THOMAS AQUINAS. S. VALER. EPISCOPI. CICERO. DIOGENES. PLATO. SENECA. SIXTUS PHIL. VALERIUS MAXIMUS. S. BERNARD. S. ISIDORUS HESPAL. HUGO A. S. VICTORE. S. BONAV. HUGO A. S. VICTORE.

- S. ISIDORUS HESPALENS. Inter asperum et ferocem hoc interest, quod asper ad tempus, ferox a nativitate sit. Lib. 1, *Differ.*, different. 7.
- SENTENTIE PATRUM.
- S. AMEROS. 1. Nimia severitas exorquet plerumque terrorem mendaciam. Lib. 9, epist. 72, ad *Irenaeum.*
- S. ANTONIN. 2. Melior est severitas, etsi cum aliqui excessu, quam nimia mollities et remissio. Part. 1, tit. 4, cap. 10, § 3.
- S. AUGUST. 3. Prodest et severitas vestra, cujus ministerio quies adjuvatur, et nostra: prodest et intercessio nostra, cujus ministerio severitas temperatur, et vestra. Epist. 54, ad *Macedonium.*
4. Detrahendum est aliquid severitati, ad majoribus malis sanandis, charitas sincera subveniat. Epist. 50, ad *Bonifac.*
5. Melius est cum severitate diligere, quam cum lenitate decipere. Epist. 48, ad *Vincentium.*
6. Si contagio peccati multitudinem invaserit, disciplina divina severa misericordia necessaria est. Lib. 3, contra *Epist. Parmeniani*, cap. 2.
7. Non dormiat severitas discipline, in quanto est efficacior emendatio pravitatis, quanto diligentior conservatio charitatis. Lib. 3, contra *Epist. Parmeniani*, cap. 2.
8. Deinceps caveat examinandis severitatem, qui clementiam subvenientis expertus est. Super *Psaln.* xxiv, vers. 11.
9. Frequenter plagis disciplina corrigitur, si nihil proficiant hortamenta justorum. Serm. 2, *Dom. 4, Quadrag.*
10. Severus vultus, custos est disciplina. *Ibid.*
11. Si interdum severitate opus est, paterna sit, non tyrannica; matres fovendo, patres corripiendo exhibeatis. Serm. 23, super *Cant.*
12. Severitas nunquam remissa, intermissa tamen plerumque plus proficit. Epist. 25, ad *Hugon. Rothomag. archiep.*
13. Vigor justitiae semper fervidus sit, sed nunquam praecipit. *Ibid.*
14. Non sis in corrigendis remissior, non severior in parcendis. Epist. 42, ad *Henric. Senonens. archiep.*
15. Ille convenientior habitus est, si tu actu quidem severus sis, vultu serenus, verbo serius. Lib. 4, de *Consid.* ad *Eugen. Pap.*
- S. BONAV. 16. Plus nocet praelatus misericors, et abjiciens rigorem discipline, quam praelatus rigidus sine misericordia. Serm. 23, in *Hexam.*
17. Saepe veritas corrigi, quem severitas non constringit. Expos. 2, super *Psaln.* cxviii, cap. 2, vers. 5, art. 1.
18. Severitati debet adjungi pietas. Super *Luc.*, cap. 3, in illud: *Facite dignos fructus*, etc. Tom. IV
19. Excedendum est potius circa misericordiam, quam circa severitatem. In *Decretis Gratiani.*
20. Quanto nobis nostri judicis facta est severitas temperata, tanto erga se debet fieri nostra infirmitas accensa. Homil. 30, super *Evang.*
21. Quando severitatem excessus qualitas exigit, agendum est, ut et culpam ultio corrigat, et correctis postea gratia non negetur. Lib. 8, in *Registro*, indict. 3, cap. 16, epist. 16, ad *Clementinam, Patriciam.*
22. Sancti quando foris serviunt, intus per amorem liquescunt. Lib. 6, in I *Reg.*, cap. 3.
23. Invenes plerumque severitas admonitionis ad profectum dirigit: sene vero ad meliora opera deprecatio blanda componit. Part. 3, *Pastoral.*, cap. 1, admonit. 2.
24. Bona est severitatis disciplina. Super *Psaln.* cxviii, vers. 65: *Bonitatem fecisti cum servo tuo.*
25. Necesse est esse severitatis officium peccata arguentis, et vitia corrigentis. *Ibid.*
26. Evidens indicium est animae necdum viliorem facibus eliquata, in criminibus alienis affectu misericordiae non condolare, sed rigidam judicantis tenere censuram. Collat. 11, *Abb. Charemonis*, cap. 10.
27. Per Deum severitas vitam, per diabolum blanditia mortem intendant: apud Deum est severitas, sed benigna: apud diabolum autem blanditia, sed nociva. Serm. de *Genesis.*
28. Non facile severitas judicis flectitur, ubi elicit admonitio amullatur. Serm. super illud *Isaie: Si volueritis.*
29. Asperitas mansuetudine, non alia asperitate dissolvitur. Homil. 26, super I *Cor.*
30. Severitas infirmioribus nequaquam est placida, nisi benignitatis dulcedine fuerit aliquantulum temperata. Part. 1, de *Regione claustral.*, tract. 2, reg. 2, art. 3.
31. Tum severitas lenitate utilior est, iis maxime, qui corrigi non possunt. De *necessar. quibusdam quest.*, explicat. 80.
32. Severitas, nisi se intra congruentes nocentium penas coarceat, fit seera crudelitas. Lib. 6, de *Divin. Inst.*, cap. 14.
33. Debet mansuescere quandoque severitas. Epist. 100, ad *Amic. suam.*
34. Legalium sanctionum severitas reprimat, quos honestatis pudor ab excessibus injustitiae non coarceat. *Prose.*
35. Vigorem convalescere legis, quos recitandis limitem pravariare convenit violentia pravitatis Lib. 8, epist. 2, ad *Cinthium.*
36. Enervato rigore justitiae, status evolvitur discipline: et dum ultioris severitatis censura re-
- GLASS. DECH. S. GREGOR. MAGNUS. S. HILAR. JOAN. CASB. S. JOANNES CRYSOST. S. JUSTIN. MART. LACT. FIRM. PETRUS BLESENS. S. PETRUS DAMIANUS



- primitur, temeraria delinquendi licentia relaxatur. Opusc. 57, cap. 2, dissertat. 1.
- SALVIANUS. 37. Hinc cognosci potest, quam iniqui et pravi sumus: aliis severissimi sumus, nobis indulgentissimi: aliis asperi, nobis remissi. Lib. 4, de *Gubern. Dei*.
- S. THOMAS AQUINAS. 38. Agenda sunt multa cum inivitis, benigna quadam asperitate plectendis. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 12, lect. 3.

## SENTENTIA PAGANORUM.

- CICERO. 39. Salutaris severitas vincit inanem speciem clementie. Lib. *Epist. ad Brutum*, epist. 1.
40. Bono justitie proxima est severitas. In suis *Sent.*, sent. 64.
- MIMUS PUBL. 41. Severior loci disciplina format ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. Epist. 51.
42. Severior esto in iudicio, quam in sermone, vita quam vultu. De *quatuor virt.*
43. Sis severus, non severus, sed hilarem non spernens. *Ibid.*
44. Proximum justitie modus, severitas. De *Moribus*.
45. Severissime nos adversum peccantes gerimus, et ipsi eadem committimus. In suis *Proverb.*
46. Severitas assidua, amittit auctoritatem. *Ibid.*
- Vide etiam tit. *Judicium*, sent. 46, 116; *Magister*, sent. 46; *Nimietus*, sent. 25; *Prolatio*, sent. 27, 28; *Punitio*, sent. 45; *Reddere rat.*, sent. 102; *Sancitas*, sent. 41; *Vindicta*, sent. 43.

## SIGNUM.

- S. AUGUST. *Definitio*. Signum est quod seipsum sensui, et præter se aliquid animo ostendit. *De princ. Dial.*, lect. 1, cap. 5.
- Signum est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire. Lib. 2, de *Doctr. christ.*, cap. 1.

## SENTENTIA PATRUM.

- S. AUGUST. 1. Signa cum ad res divinas pertinent, sacramenta appellantur. Epist. 5.
2. Omnis doctrina vel rerum est, vel signorum sed res per signa discuntur. Lib. 1, de *Doctr. christ.*, cap. 2.
3. Omne signum res aliqua est, non autem omnis res etiam signum est. *Ibid.*
4. Signa divinitus data, quæ in Scripturis sanctis continentur, per homines nobis indicata sunt, qui ea conscripserunt. *Ibid.*, lib. 2, cap. 2.
5. Habent bestie quedam inter se signa, quibus produnt appetitum animi sui. *Ibid.*
6. Omnia signa verbis comparata paucissima sunt. *Ibid.*, cap. 3.

7. Homines docti videri volunt, non rerum scientia, sed signorum. *Ibid.*, cap. 13.

8. Ea est miserabilis animæ servitus, signa pro rebus accipere. *Ibid.*, lib. 3, cap. 5.

9. Christiana libertas eos quos invenit sub signis utilibus, interpretatis signis quibus subtiliter erant; elevatos ad eas res, quarum illa signa sunt, liberavit. *Ibid.*, cap. 8.

10. Sub signo servit qui operatur, aut veneratur aliquam rem significantem, nesciens quid significat. *Ibid.*, cap. 9.

11. Qui non intelligit quid significat signum, et tamen signum esse intelligit, non ipse premitur servituti. *Ibid.*

12. Christus vetera signa rerum non evacuavit arguendo, sed implendo mutavit. *Orat. adversus Judæos*, cap. 3.

13. Sacrificia visibilia cum sint in terrenis rebus exigua, magnarum et divinarum signa sunt rerum. Lib. 1, *contra advers. legis*, cap. 1.

14. Noluit Christus stellam esse in fronte fideiolum signum suum, sed crucem suam. Tract. 3, super *Joh.*

15. Christi signum in fronte gestamus, de quo non erubescimus, si et in corde gestamus. *Ibid.*

16. Qui perdidit signum Christi, accepit signum diaboli. *Ibid.*, tract. 1.

17. Cuiusque rei ponis signum, ideo ponis, ne confusa cum aliis, agnosci a te non possit. *Ibid.*, tract. 25.

18. Multi facile habent in fronte signum Christi et corde non recipiunt verbum Christi. *Ibid.*, tract. 50.

19. Vere nobilibus signis nobilis ille Spiritus sanctus nobiliter non signavit. *Prose.*

20. Signat Spiritus sanctus electos signa veritatis credendorum, signo honestatis morum, signo pauperum terrenorum, signo charitatis Dei et proximorum. Serm. 1, *Pent.*

21. Si quis pro signo sui rancoris, accipit signa sui amoris, statim confunditur. *Ibid.*, serm. 2.

22. Consignavit Christus animas nostras proprio spiritu, et membra corporis nostri suo sanguine pretioso. *Ibid.*, serm. 2.

23. Gloriosi ducis est, commissa sibi signa servare. Epist. 73, ad *Subatianum*, cap. 3.

24. Vitæ vera estimatio in virtute est operum, non in ostensione signorum: nam sunt plerique qui etsi signa non faciunt signa tamen faciunt dispersas non sunt. Lib. 1, *Dialogi*, verbo *Ego*.

25. Qui devota mente Deo adherent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa solent: ut mira quæque aliquando ex prece faciant, ali-

S. DENAV.

S. CYPRIAN.

S. GREGOR.

MAGNUS.

- quando ex potestate. *Ibid.*, lib. 2, cap. 30, verbo *Qui*.
26. Per signa animarum lucra querenda sunt, et illius gloria, cuius virtute illa eadem signa geruntur. Lib. 9, in *Registro*, ind. 4, cap. 56, epist. 58, ad *Augustinum episc. Anglorum*.
27. Cum virtute signorum concorditer loquitur ratio verborum. Lib. 2, *Dialogi*, cap. 33.
- S. HIERON. 28. Scias in signorum magnitudine, non natura mutationem, sed Dei omnipotentiam demonstrari. Epist. 27, ad *Eustoch.*
- HUGO CARD. 29. Per signa exteriora sepe dignoscitur dispositio mentis. Super *Eccl. ian.*, cap. 8.
- S. IOANNES CHERYSOST. 30. Non minus signum est vincere absque signo eos qui persequuntur, quam signa facere. Homil. 37, super *Acta Apost.*
31. Absque nobilitate morum nihil signa valent. Homil. 33 super *Muth.*
- S. PETRUS CHERYSOL. 32. Signa fidei sunt præstanda, non doli: credenti danda sunt, non sunt tentanti: et facienda sunt ad petentis salutem, non ad facientis injuriam. Serm. 11.

## SILENTIUM.

Vide TACTURNITAS.

## SIMONIA.

- S. ANTONIN. *Definitio*. Simonia non est aliud, quam emere, vel vendere, vel alium contractum non gratuitum facere pro spiritualibus habendis pretio rei temporalis. Part. 2, tit. 1, cap. 4, § 1.
- Exigere vel exactus solve, aut promittere, aut pacisci pro aliquo spirituali consequendo, pro pecunia seu re, que pretio potest estimari, expressa simonia est. *Ibid.*
- Emere vel vendere officia ecclesiastica, simonia est. *Ibid.*, cap. 5, § 24.
- S. BONAV. Simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum. Part. 1, *Centisiqui*, sect. 30.
- JOAN. GERS. Simonia est vitium, quo minus iusto appetitari videntur sacramenta, dum pretio temporali queruntur compensari. Part. 4, in *Descript. terminor.*, cap. *Justitia*.
- Simonia est vitium, quo quis inclinatur vendere usum rei, quo minus subest potestati hominis, sed Dei: vel ubi non cadit commutatio. *Ibid.*

## SENTENTIA PATRUM.

- S. AMBROS. 1. Lepram cum Giesi a sancto suscepisse se credant Eliseo, qui gradum sacerdotalem estimant comparare. De *Dignit. sacerdot.*, cap. 5.
2. Sicut validioribus morbis capite vitio, reliquum necesse est corpus inundatione superioris morbi lethaliter irrigari: ita et hi qui caput videntur esse Ecclesie, morbo pestifero fratrum vitiant corpus: ita ut videas in Ecclesia passim

quos non merita, sed pecunie ad episcopatus ordinem provererunt. *Ibid.*

3. Nempe hoc est quod dolens, quia archiepiscopus carnaliter episcopum fecit: nam propter pecuniam spiritualiter leprosum ordinavit. *Prose.*

4. Oculis quidem carnalibus videtur quasi episcopus, et divinis obtutibus inspicitur leprosus magnus.

5. Per pecuniam acquisivit indebitum ordinem, et Deum perdidit in interiore homine: caro suscepit dignitatem, et anima perdidit honestatem.

6. Quod dedit cum episcopus ordinaretur, aurum fuit: et quod perdidit, anima fuit: cum alium ordinaret, quod accepit, pecunia fuit; quod dedit, lepra fuit.

7. Si gratia gratis datur, et auro non estimatur; a te cur gratia pecuniis comparatur? gratiam cum ordinaretis, non suscepisti, quia gratuito eam non meruisti: si gratiam non recepisti, quomodo episcopus officii potuisti? *Ibid.*

8. Non pretio taxatur Dei gratia, nec in Sacramentis lucrum queritur, sed obsequium sacerdotis. Lib. 4 super *Luc.*, cap. iv in illud: *Et multi leprosi erant, etc.*

9. Cito turpem sequitur lepra mercedem, et pecunia corpus animumque male quæsitam maculat. *Prose.*

10. Inexpiables est enim venditi culpa mysterii, et gratie: vindicta coelestis transit ad posterum. *Ibid.*, in illud: *Nemo eorum mundatus est, etc.*

11. Per manum presbyteri pretium perditionis anime ipsius tibi diabolus dedit. *Prose.*

12. Si reus est ille, qui hominem homini vendit, quanto magis reus existis, qui hominem Christi sanguine redemptum non homini, sed, quod perniciosius est, diabolo vendidisti. Super *Apocal.*, cap. xvii.

13. Quicumque res ecclesiastica (id est spiritualia) que dona Dei sunt, non ad hoc, ad quod instituta sunt, sed ad propria lucra munere linguæ, vel pecunie largitur, vel adipiscitur, simonia est. Part. 2, tit. 1, cap. 4, § 2.

14. Pecunia potest dari et recipi pro spirituali re, vel circa spiritualia licite et sine simonia, quinque modis: ratione præmiationis, ratione sustentationis, ratione provocationis, ratione punitiois, ratione vitandæ vexationis. *Ibid.*

15. Cum simonia sit emere, vel vendere spiritualis: vel annexum spiritualis: quid spiritualis, quid sanctus Christo? quem Judas vendendo simonia peccatum incurrit, et ideo laqueo suspensum crepuisse fertur. *Prose.*

16. Sic omnis simoniacus, nisi vere eum poeniterit, laqueo damnationis eterna suspensus, medius crepabit. Serm. *Dom. 4, Quadreg.*

S. ANTONIN.

S. ANTONIUS

DE FANUGA.